

Gallium austriacum. R. adeo similis *G. hierosolymitano*
ac ovum ovo.

Mespilus Chamaemespilus protulit hoc anno Baccas in
Horto nostro.

84.

Amplissimo DD. Jacquinio s. Car. Linné.

Arenaria multicaulis est *Arenaria ciliata*.

Saxifraga carpatica est *Saxifraga androsacea* vulgo
odora.

Thlaspi alpestre est *Thlaspi montanum*.

Syngenesista . non novi tuto, hanc deberes colere in
horto antequam edas; mille modis variant *Hieracia* ex loco.
Numquam dabis hujus diferentiam specificam nisi praegressa
cultura. Habui hanc plantam quondam a D. Scopoli.

236. Bene.

218. Satis bene.

232. *Convallaria latifolia* est *Convallaria Polygonatum*.

274. *Lonicera alpigena* optime.

261. *Tordylium Anthriscus*, sed caulis cur in tuo laevis,
in meo semper scaber.

279. *Rosa alpina*, dubius sum, nequit esse *Rosa pen-*
dulina.

289. *Evonymus latifolius*, habeo in horto pro varietate
E. minoris. quomodo differt, excepto quod major ego non
video.

Z. Cheiranthi non vidi hanc varietatem.

1775. Sept. 1. Upsaliae.